

Mackeben

milites et bellorum magistri doctissimi, armis assumptis, potestatis iussu per via et devia quaque cursu veloci apud Plantam de Borfagliago iterum devenere; ibidem populum Liviensium inventum more fulminaverunt paterno; et ferocitatem, quam in corde habebant, illo die opere adimpleverunt [a]; et patrum [b] sectando vestigia, gloriam acquisierunt non modicam et nomen aeternum, eos fere omnes capiendo, vulnerando ac interficiendo. Post hos properabant Ariminenses cum quingentis pedibus electis manarolas habentibus [c], et Ravennates multos magna stipante catarva sanguinem civium super omnia sitiens, cum petreriis ad lapides [d] jacendos et balistis de suave ad cives suaviter interficiendos multisque ferreis, que porci in naribus consueverunt habere, in Faventinorum hominibus [e] mittere non titubantes, et treulis ferreis [f] ad equorum hominumque pedes infigendos, et alio tormentorum genere [g], quod lingua romana basiapedes vocatur: ut facerent nos obrobrium vicinis nostris, subsanationem et illusionem [h] his, qui in circuito nostro sunt, et dicerent in provincia: ubi eorum Petrus? ubi eorum Apostolus? ubi eorum Claviger? Hoc Deus Omnipotens, qui est secretorum inspectator, de excelso suo sancto prospiciens, qui fraudes nemini patrocinari promittit, civium preces suo clavigero lacrimabiliter sparsas exaudiens, cuius adjutorio [i] in bello victores existunt, non vult eos ab antiquis suorum patrum vestigiis deviare, reddens vicinis septuplum [j] in sinu eorum, et improprium [k] ipsorum; quia non in multitudine exercitus Victoria belli, si de celo est. Præ timore autem civium, omnes qui iniquitatem contra eos tractavere, contriti sunt, et deiecta est [l] Victoria in manus civium; sole iustitiae [m] in civium clipeis resplendendo, eos ibidem occidendo, prosternendo, capiendo ac prosequendo. Dum hæc ita geruntur, milites Ravennates, Ariminenses, Livienses et alii, qui conflictui interesse noluere [n], videntes eorum populum, quasi navim omni salubri vento penitus destitutam, et fluctus non posse evadere, alii atque alii per invia et (non invia) paulatim pedetentimque, revertebantur. Venerunt insuper viri religiosi inter eos pacem cupientes componere. Eduxerunt Faventinum potestatem [p] in medium inter cives et hostes, nam prope per iactum lapidis erant; et ex adverso potestas venit [q] Ravennatum cum Malvicino comite et Paulo Traversaria et Archiepiscopo Ravennæ, Ariminium potestas cum Bonocomite de Monteferetro [r], et Liviensium potestas ibidem; quibus Faventinorum potestas, stans super destrarium suum, suæ innixus hastæ, quasi tuba vocem extollens, sic orsus est: Si vultis talquam captos beati Petri, nostri vexilliferi et communis Faventia vos vocare [s], vobis iter redeundi licentiam exhibeo. Cuius verborum seriei [t] Paulus non respondit; sed eum pro communi rogabat Faventino, [u], ut, pro servitiis quae

[a] opere adimpleverunt, C. V.; operibus adimpleverunt, C. A. — [b] et patrum, C. V.; eorum patrum, C. A. — [c] manarolas habentibus, C. V.; manatolas habentibus, C. A. — [d] ad lapides. Sic supplevi. Sed totus hic locus corruptus est, et magno labore ad aliquem sensum eruendum incubui, modo unius, modo alterius codicis lectione pro re nata usus. — [e] in Faventinorum hominibus. Sic lego. C. V., in Faventinorum omnibus; C. A., in Faventinorum civibus. — [f] et treulis ferreis. Sic Codd. An legendum, et torculis? — [g] infigendos, et alio tormentorum genere. Sic suppleo et corrigo; nam Codd. habent: infigentes et tormentorum genus. — [h] subsanationem et illusionem. Sic muto. Codd. V. et A., subsanatio et illusio. — [i] cuius adjutorio, C. A.; ejus adjutorio, C. V. — [j] vicinis septuplum, C. V.; nostris setuplum, C. A. — [k] et improprium, C. A.; et imperium, C. V. — [l] dejecta est, C. V.; directa est, C. A. — [m] sole iustitiae, Codd. habent; sol iustitiae. — [n] interesse noluere. Sic lego; interessent noluere, Codd. — [o] insuper illuc, C. A.; insuper ibi, C. V. — [p] Faventinum potestatem, Codd. habent; Faventini potestatem. — [q] venit, est additio. — [r] de Monteferetro, C. V.; de Montefeltro, C. A. — [s] vos vocare. Codd., vos vocari. — [t] cuius verborum seriei. Codd., quibus verborum seriei. — [u] pro communi rogabat Faventino. Pro Faventino, C. V. habet: Faventinos.

per via

et partum

/ omnis partum

manarolas

iacendo

ta = = + quod

infigentes

obrobria =

circuito

(solo) 7c

edens

() ffor

hæc

aderant

hæc

ad

aderant